43

S. D. Reuerende vir & cariss. frater. Εἰς ὄμματ' εὖνου φωτὸς εἰσβλέψαι γλυκύ. Spero igitur tibi Henrici viri integri, prudentis & te amantis conspectum & colloquia voluptati fore. Is narrabit pleraque quae scire voles. Mitto tibi exemplum secundae partis chronici operis, quod si inspicies, quaeso ut aliquid de tuo iudicio significes. Sed Bremensia negocia nobis nota sunt, & existimo te quoque iudicare, nō esse utile tranquillitati, instituei theatricam disputationem. Bene vale die 29 Martij. 1560. Delio salutem.

~~Philipp~~ Philippus Melanthon.

Reuerendo uiro eruditione & uirtute praestanti D. Paulo ab Eitzen Doctori theologiae, gubernanti ecclesiam Dei in inclyta Hamburga. fratri cariss.

Epistola Philippi Melantho ad Paullum ab Eizen Hamburgo Super[intendentem]

1560 Mart. 29